confessione purgandũ ⁊ omnẽ immũdiciam sacramẽtalibus decretis aduersam seu legi contrariã. que vt pellatur oportꝫ cum sacramẽtis verum habere ostensum. Et quoniã varietas lepre varietatẽ intellectuum in scripturis sacris enunciat. oportet in scripturarum interp̄tatione cum sacerdotibus qui habent scientiaꝫ conuenire. cum discrepatio inducat errorem. Etenim Paulus qui a christo immediate habuit euangeliũ qui non errabat et collationẽ de christi euangelio cũ alijs fecit ne in vacuũ cucurrisset nihil amplius q̄ꝫ sciebat accipiens. Facile quidẽ a veritate deuiat auctoritate propria scripturas interpretans. et a contentu doctorum intellect⁹ capiens singulares. Proinde intellectum variuꝫ scripturarũ. quo sunt hereses introducte sacerdotibus iubet domin⁹ ostendi vt varietas abscedat. ⁊ veritas accedat. ⁊ reuocent̄ ab errore hominum corda cum de sectis ad ecclesie redierint vnitatem. In figura eni futurorum ⁊ sacerdotij futuri lepra sacerdotibus pandebat̄. Hec ille. Quia igitur sacra cõmunio vnius speciei ad plebeꝫ practicata fuit. predicata ⁊ tenta a sanctis patrib⁹ quis contra eaꝫ nisi suo sensu duci potest. Itaqꝫ illa auctoritas in toto est ꝯtra te et omnino pro nobis. Sꝫ fortiora sunt arma que ꝑ aduersario fabricata armãt nos. ita vt ex eoꝝ allegationibus sautientur. Sequit̄ capitulũ nouũ.

ca. viiij

b His presuppositis assumatur prima ꝓpositõ. Sub p̄ma specie est totum plenũ sacramentũ. Pro cui⁹ ꝓposi

tionis et aliarum sequentium omniumque doctorum in hac mate
ria allegabilium generali solutione et perfectissima. presup
ponenda et intelligenda est distinctio in concilio basi
lien. per venerabilem dominum Johannem de Ragusio
proposita. et a sacro concilio approbata. Quod triplex est per
fectio sacramenti altaris. scz. rei. signi seu significantie. et
effectus seu efficacie. Perfectio rei huius sacramenti
consistit in integritate et totalitate rei contente et signate
in sacramento videlicet ipsius christi. et ita sub utraque spe
simul et sub altera divisim totus integer christus vere et
realiter continetur sub specie panis. et minima particula sen
su apprehensibili totus et integer christus cum corpore et ani
ma et deitate cum omnibus donis gratijs et perfectione
totali secundum omnem modum existendi ubi deus est unitus
homini ubi est corpus animatum organicum. ubi est san
guis ille preciosus in venis sui corporis et non extra pro
fusus. ubi anima vivificat corpus. cum corpus non vivat
nisi per animam. anime autem sensitive sedes est in sangui
ne in vasis corporis et venis introclusis nunquam educi
bilis de venis christi iuxta apostolum Romanorum. vj.
Christus iam non moritur mors illi ultra non domina
bitur. Cum autem deitas animam et corpus que assum
psit nunquam dereliquit. necesse est etiam ut ibi sit deitas.
non solum absolute considerata ratione sue imensitatis. sed
etiam ypostationis ex reali concomitantia. Similiter est
omnino de specie vini per omnem eundem modum. quod ibi est
interger. totus christus. corpus. anima. deitas. sanguis
et reliqua cum omnibus ad integritatem et totalitatem unius
persone christi pertinentibus. Et ad hunc sensum loquitur
beatus Hylarius de conse. dist. ij. Ubi est pars corporis
ibi est totum. Et hieronimus eadem dist. Singuli accipi

unt xp̄m dominū ꝛ in singulis porcōnibus totus. nec
per singulos minuitur. sed integrum prebet se singul.
Idem magister in Sentētijs libro. iiij. dis. xi. dic. Sub
vtraq; specie totus sumitur xp̄us. nec plus sub vtraq;
nec minus sub altera. Eadem eniz est ratio vt ait Hy
larius in corpore christi que in māna pcessit. de quo di
citur. Qui plus collegerat nō habebat amplius. nec
qui minus parauerat habuit minus. Item Aug⁹. in
lib. Sententiaꝝ psperi. de conse. dist. ij. In christo. Cū
in multis locis offerṫ. vn⁹ vbiq; est xp̄us. et hic plenus
et illic plenus. Alia pfectio huius sacramēti cōsistit in
signo vel significantia. et hec consistit in quatuor. in si
gnificatione plene refectōis. Secundo in cōmemora
tione exuberantis domice passionis. Tercio in signifi
catione totalis hūanitatis assumptiōis. Quarto in si
gnificatōe vtriusq; nature nostre redemptōnis. Pro
hijs q̄ttuor signis ad pfectōem hui⁹ sacramēti qd pro
prie sic sumptū vocatṫ sacrificiū. requiruntṫ ambe spēs
et q̄libet eaꝝ est de integritate ꝛ pfectōe sacramēti. id ē.
sacrificij. eo q per ambas simul ꝛ per nullam eaꝝ p se exp̄
mitur hec quadruplex significatio huius sacrificij De
primo patz. nā cū pfecta refectio corpalis nō in solo
pane vel solo vino cōsistat sicut in vtroq; vna species
non potest singnificare xp̄m vt perfecte reficientez per
modum reficientis ꝛ famē eternam tollentis. et alia p
modum sitim extinguētis. quāuis sub alterutra sic sit
ille qui plene reficit. nutrit. satiat. inebriat. et potat. De
secundo apparet. q2 cum hoc sacramētum sit institutū
in memoriā domice passionis cum sanguis su⁹ fuissz
totaliṫ sepatus a corpe. ꝛ corpus suū fuit multiplici pro
nobis passioni subiectum non potuit competentius

hec effusio ⁊ eliquatio sanguinis significari nisi ꝑ has species distinctas, ⁊ eius afflictio ꝑ illam quotidianā fractionē specierū in altari nō ꝙ iam corpus dñicuȝ sit passibile ⁊ laniabile. aut sanguis extra venas educibilis. sȝ qd̓ fieri d̓buit domin⁹ reliquit in signo futuro vt nos quod factū est in signo iaȝ facto tenaci memoria in sacrificio commemorem⁹. Et hoc est ꝙ dicit Aug. in libro ꝓspi. de ꝯse. dis. ij. Dum frangitur hostia dum sanguis de calice in ora fidelium fundit̄ quid aliud q̄ȝ dominici corporis in cruce immolatio eiusqȝ sanguinis de latere effusio significat̄. Et ita illa auctoritas intelligitur de sacrificio ⁊ non ꝓprie de sacramēto. Item Ambrosi⁹ suꝑ ep̄la Pauli dicit. Ideo in duabus speciebus hoc sacramētum celebratur vt corporis et anime in nobis liberatio significet̄. Panis eni ad corpus et vinum refertur ad sanguinē. Hec ille. Et thomas d̓ Argentina super. iiij. Sentētiarū distinc̄. viij. dicit. Sic̄ sacramētuȝ est institutū significare rem cui⁹ est signū. sic due species duo in passione eius significant in altari memoranda. Nam pependit in cruce qd̓ per panis speciem significatur ⁊ effudit sanguinē qd̓ species vini ostendit. Hec duo diuisim sacerdos debet memorari in altari. Unde lyra super Matheū. xxvj. Istud sacramentum est sub duplici specie institutū scilicet panis et vini quia panis conuertit̄ in carnem christi ⁊ vinuȝ in sanguinē. ⁊ iste conuersiones fiunt separatim. quia sanguis christi fuit separatus a corpore ⁊ carne in passione. Hoc enim sacramentū vt dictum est. institutuȝ est propter quoddā memoriale illius passionis. Ideo consecratio corporis ⁊ sanguinis fit sub specieb⁹ distinctis. Hec lyra. Item ideȝ Lyra super Lucam. xxij. Hoc

facite in meam ꝯmēoratione͂. Quia eucharistie conse
cratio est quedam domice passionis rememoratio. et
propter hoc consecrat̄ corpus a calice distincte. quia
sanguis in passione fuit separatus a corpore. Hec ille.
Et ad idē ꝑprie loquit̄. j. Corinthiorum. xj. vt ip̄m etiaꝫ ad
uersarius allegauit male trahens ad communioneꝫ
cum intelligat ip̄e de significantia ⁊ sacrificō. De tercō
etiam manifestū est. ⁊ de quarto scꝫ assumptōe totalis
humanitatis ⁊ totius vere redemptōis. quia in nulla
alia re competētius hec significari poterant q̄ꝫ per pa
nem corpus. ⁊ per vinuꝫ sanguis in quo est sedes ani
me ⁊ vtriusqꝫ similit̄ redemptō. Unde magister in sen
tentijs. ad hoc in. iiij. di. xj. dicit ꝙ in duab⁹ speciebus ce
lebratur vt anime ⁊ corpis in christo susceptio ⁊ vtrius
qꝫ in nobis liberatio significet̄. Et plurimi doctores d̄
hac materia loquētes non ita grosse vt quidam dicūt
intelligendū ꝙ corpus christi sit datū in redemptōem
anime quasi per sanguinē christi non sit redemptum
corpus. neqꝫ per corpus christi redempta aīma. sed q̄r
competentius hec duo per illa duo significant̄. Nam
dixit domin⁹. Hoc corpus quod pro vobis tradet̄. nō
autē dixit pro corpore vestro. Item dixit. Hic sanguis
qui pro vobis. non dixit pro anime redemptōne effun
detur. sed ambo pro vobis. totum pro toto. ⁊ quodlibꝫ
pro quolibet. ⁊ qd̄libet pro toto. sed in significatōne re-
demptōnis. hoc ꝑ hoc liberatū expressius significatur
Et hoc mō ꝑfectōnis sacramētū sumptū. dicit̄ sacrifici
um ꝙ nullo mō fieri pōt sub alterutra specierum ꝑpt̄
defectum signi. Qꝫ autē hoc sacramētum sit sacrificiū
probatur primo autoritate beati Augustini sermone
j. parasce. sub hijs verbis. Nouum enī altare sacrificij

quomõ ꝛ immolatio noua ꝛ admirabilis. Ipse enim hostia erat et sacerdos hostiam offerens. Ipe erat hostia scḋm carnem. sacerdos ſm spiritum. Idem erat q̄ offerebat ꝛ qui offerebatur. Hec Augustinus. Idem Augustinꝰ libro. x. de ciuitate dei. dicit. Uerus ille mediator accipiens formam serui sacerdos est offerēs ipse ꝛ oblatio. cuius rei sacramētum quotidianum sacrificium eccl̃ie dei est. Hec ille. Idem super ps. xxi. ſmone. ij. Sacrificiū est qḋ christus obtulit discipl̃is suis. Item Innocētius terciꝰ in sua summa de officio misse dicit. Hoc autē officium misse christus instituit qui eccl̃iam consecrauit. Cenantibꝰ enim illis accepit panem fregit et dedit discipulis suis dicens. Accipite et comedite. hoc est corpus meum. Hac institutione formati ceperunt apostoli sacrum frequētare misterium scḋm eam formaꝫ quā christus expresserat in cena sua. Et vltra dicit ꝙ prius legitur hoc sacrificiū in figura celebrasse Melchisedech panem ꝛ vinum offerens. erat enim altissimi dei sacerdos. Sic discipuli a dn̄o ritum huius sacrificij didicerunt. Hec innocentius in capitulo de agno paschali. Item wilhelmus in sacramentali suo super canone dicit. Hanc igitur institutionem celebramus per misteriū qḋ celebrabatur in precium. Xp̄us enim corpus ꝛ sanguinē tradidit vt hoc sacrificium memorie commēdaret. Item Augustinꝰ libro de fide ad Petrum. Una diuinitas sacrificium panis ꝛ vini in fide et charitate sancta catholica eccl̃ia per vniuersum orbem terraruꝫ offerre non cessat pro remissione peccatorum. Hec ille. Et ad hanc perfectionem inducitur illud capl̃m Comperimꝰ cum precedē

ti capl'o Relatum. Hoc est etiam qd dicut omnes do
ctores tractantes de perfectone huius sacramenti.q2
quo ad ista quattuor signa omnes loquūtur de signo
et significantia. Concordat sanctus Thomas. q hoc
diuinissimū sacramentuz dupliciter potest considera
ri. Uno modo in ratione sacrificij. alio mō in ratione
sacramenti. Qntū pertinet ad rationē sacrificij vtraqz
species exigitur. Est enim ymago sacrificij illi9 in quo
iuxta Paulum ad Hebreos. Christus assistens pon-
tifex seipsum pro nobis obtulit sacrificium deo patri
in ara crucis. Et ideo quia in huius memoria fit. non
soluz representās christus passus. sed 7 ipa passio chri
sti in q̄ sanguis christi fuit a corpore separatus. Quā-
tum vero ad rationem sacramēti. quia sacramentum
dicitur a sacrando. quia nos sanctificat inquātuz no
bis traditur inuisibilis gratia sub visibili specie. suffi-
cit representatō christi passi qui representatur optime
sub specie panis. quia grano tritici se comparauit qui
mortuus fuit vt multum fructum afferret. Hec ille.
Tercia perfectio sacramenti est effectus ipsius seu ef-
ficacia que est augmentū gratie. deletio peccatorum
venialium. preseruatio a futuris peccatis. et quedam
refectio spiritualis anime. 7 in sumentibus digne. et
perseuerantibus adeptio eterne glorie. Et hij effectus
iuxta dominū Albertū magnū in tractatu de officio
misse nō dependent a speciebus sacramētalibus. 7 iat
a sacramento tantū. nec a significatōe qua per dictas
species illa q̄tuor vt dictū est. sz ex pfectione 7 totalitate
rei pmo ↄsiderate pfectōis. Dicenī ita Albertus. dici
debet q sicut in omni sacramento ita et in isto est

aliquod sacramētu sicut forme sacramētales et aliud res et sacramētum. sicut verum corpus christi. Aliud res tantum sicut gratia nutriens ad incorporatōnem christi faciendā. Forme eni sacramentales significant tantū. et nichil causant. corpus autē christi verū. et significat et significat et causatur. Gratia autē nutriens spiritualiter significat et causat. et nichil vlterius significat sed causat in mistico corpe incorpatōnem que fit fidelium ad christū. Et de hac causa ista tria sunt in sacramento. ita scilicet q primū est significans et nō significatum. scdm significatū et non significans. mediū vo est significans et significatū. Quidqd autē ex institutōne diuina significat. gratiā sacramenti non habet. et recte quia sacramētu est inuisibilis gratie visibilis forma cuius speciem gerit et causa existit. vt dicit Augustin9. Hec Albert9 in forma. Ex hac famosissima distinctōe omnia dicta doctorū circa que aduersarij ecclesie sancte laborant. faciliter ad armoniā ecclesiasticam reducuntur. Lucidissima enim veritas fidei est. q cum laici fideles non sacrificantes communicātur sub vna specie q recipiunt sacramenti perfectionē. primo et scdo mō dictā. quia integr christū corp9 et animā sanguiē et deitatem cū omni plenitudine gratiaru. et eam memoriā mortis plene refectionis et plene redemptōnis que in altari sancto hijs exteriorибus signis exhibetur in re suscipiunt cū illa signa nihil causent sed significēt. vt est iam exp̄ssum. Ex hac et si longa tamen solenni distinctione sequitur ¶ Primo q sub prima specie est totus et integer christus cum anima. corpore. sanguine et deitate. nec minus nec plus q sub secunda. Secundo sequit q secunda species vini nichil addit pfectōnis sa

cramento. sicut eni in duabus hostijs non ponit maio
ritas vel minoritas. ita nec in specie panis et vini. Ter
cio sequitur q vtraqz spes est necessaria in sacrificio p
pter significantiã illius q duplicis pfectionis. vt dictũ
est. Non est autẽ necessaria in vsu fidelium cum nihil
minus sumãt q sacrificantes. Quarto q cum memo
ria passionis significet in oblatione. quicũqz etiam ex
tra sacrificium sumeret vtrãqz speciem. ex ea sumptõe
nõ significaret memoria passionis sed ipe passus chri
stus sumeret bis quem semel digne sufficit recepisse.
Quinto sequitur q in prima specie et in secunda sumi
tur christus passus. sed in oblatione significat memo
ria passionis. Sexto q in sacrificio non superflue sumit
secunda species. quia aliud significat q prima. nec est
duplex sumptio sacrificij. sed in laicis esset duplex sum
ptio sacramẽti. Septimo sequit q eadem est efficacia
salutis sub vna spẽ sicut sub vtraqz. et ad salutẽ secun
da species nichil addit. sed dumtaxat significatõnem
mortis christi. et plene nostre redemptõis. Ista distin
ctione psupposita. pbat nostra catholica ppositio. scilz
q sub vna specie siue prima specie est totũ plenum et
perfectum sacramentũ. Primo autoritate deuotissimi
doctoris Bonauẽture super. iiij. Sñiarz distin. xj. que-
rit. vtrum vtraqz harũ specierz sit de integritate sacra
menti. et determinat q fideles perfectum et integrũ sa
cramentũ recipiunt in altera specie tantum. Et pro de
claratõne distinguit. q in hoc sacramẽto duo sunt. scilz
efficacia et significantia. Esse igitur de integritate sacra
menti duplr est. aut quantũ ad efficaciã. et sic nõ vtra
qz species est de integritate sacramenti. quia quelibet
habet totam efficaciã. aut quantũ ad significatõnem.

et sic ambe sunt de integritate. q2 ambe requirunt ad perfectam significationē. Et subiungit. Et ido fideles perfectuȝ sacramentū recipiunt in altera specie tantū. quia efficaciam recipiunt. sed quantū ad significantiā sufficit. ꝙ ecclīa faciat in eorū presentia. nec oportet ꝙ ipsi recipiant ꝑpter periculū effusionis ⁊ propter periculum erroris. quia non crederent simplices in altera specie totum christū recipi. Hec Bonauētura. Ad idē Petrus de tharātasia sup. iiij. Sententiaꝝ mouēs istam questionē. Utrum vtraqȝ species sit de integritate sacramenti et determinās dicit ꝙ in hoc sacramēto sunt duo. s. efficacia ⁊ sigficātia. Unū aliqd potest eē de integritate hui⁹ sacramenti dupliciter. vel quantū ad efficaciā vel quātum ad significantiā. Si quātum ad efficatiaȝ sic neutra species de integritate sacramēti est precise. sed sufficit altera. quia plenā efficaciaȝ habet sub qualibet harū. Si quātum ad significantiam sic vtraqȝ species est de integritate. q2 res huius sacramenti ꝑ neutrā exprimit̄. sed vtraqȝ simul. Et ita rńdens ad argumentū dicit. ꝙ fideles recipiunt sub vna specie perfectū sacramētum quantum ad efficaciam. sed q̄ntum ad significantiam sufficit. ꝙ ecc̄ia faciat in eorum presentia. scilicet ꝙ sumat sub vtraqȝ specie ecclesia: nc oportȝ ꝙ recipiāt laici sub specie vini. Et primo ꝑpter periculū effusionis. Scdo propt̄ periculum erroris. quia simplices non crederēt sic in altera specie totum christū sumere. si eis daret̄ sub vtraqȝ spē. Exemplū pȝ de eo cui exiuit sanguis de hostia q2 nō credidit ꝙ sanguis esset sub specie panis. Hoc autē sacramentū signatum est in veteri lege vbi de libamētis nichil habebāt offerentes. id est. populi. sed soli sacerdotes sacrifican

u utraq; spes sit d integri te sacramti.

tes per que. ſcꝫ libamina ſignificabat̃ potꝰ huiꝰ ſacra
menti. qꝛ libamina erãt de ſubſtãtia liquida. de ſubſtã
tia autẽ ſolida habebant populi ꝑ qđ ſignificabat̃ hꝰ
ſacramẽti cibus. Hec ille Petrus de tharant̃. Et iſtaꝫ
ſententiam ponũt omẽs doctores in hac materia loq̃n
tes. Probatur etiã iſta ꝑpoſitio rõne ſic. Cum ſcđm
te cõmunio ſacramẽtalis a xp̃o ſit tradita Johis. vj. et
ſi ſcđm te vtraqꝫ ſpẽs ex tuis dictis tantũ eſt integꝝ ſa
cramentũ. ſequitur. ꝙ xp̃s Johis. vj. docuit ⁊ tradidit
imꝑfectuꝫ ſacramentũ qđ eſt inſaniſſimũ dicere. quia
per totũ illum proceſſuꝫ nunq̃ꝫ fecit mentõem de ſpẽ
vini quã tu dicis eſſe de integritate ſacramenti. Sꝫ qꝛ
dei perfecta ſunt opa ꝑfecte omĩa tradidit dĩna ſapia
et quia de ſubſtantia ſola panis aut ſpecie fec̃ mentõꝫ
dicẽs. Panis quẽ ego dabo caro mea ẽ pro mũdi vi
ta. Et ego ſuꝫ panis viuꝰ ⁊c. et nuſq̃ꝫ nominauit ſpẽm
vini. Sequit̃ ꝙ ſub ſpecie panis perfectũ docuit et ſta
tuit ſacramẽtum. audi p̃terea Paſcaſiũ doctorẽ anti
quiſſimũ in rubrica. vtrum plus ex eo qui magis aut
qui minus accipit. et dicit ſic. Non eſt omĩno quanti
taſ viſibilis in hoc eſtimãda miſterio. ſed virtus ſacra
menti ſpũalis. ſic nec quãtitas xp̃i metienda eſt in cor
pore. ſed virtus in eo ⁊ diuinitas cõſideranda. Nam
plus retulit mlier illa in euãgelio q̃ fimbriã veſtimẽti
eius tetigit q̃ꝫ turba q̃ totũ corpꝰ ꝑſſit. qꝛ plꝰ eũ mẽte ⁊
fide ꝯcepit. Jdcirco cogitãda eſt a nob̃ hꝰ q̃ntitas mi
ſterij. non q̃ntũ dente ꝑmit̃ ſꝫ q̃ntũ fide capit̃ ⁊ dilectõ
ne. Nõ enĩ caro xp̃i recte ſine dĩnitate ſumit̃. nᶜ diuitaſ
ſine carne p̃ſtat̃. Et ĩfra. Et idcirco fili dũ h̶ miſteriũ cõ
municas dilata ſinũ mẽtis tue. emẽda ꝯſciam ⁊ ꝑcipe
non quãtũ mica exhibet ſꝫ q̃ntũ fides capit. Hec ille

Et hoc est qd dicit Magister in. iiij. distinc. xj. Postq̄ dedit ratione quare fuit sub duplici specie institutum statim subiungit. Sub vtraq3 tamē specie totus sumitur. quia eadem est ratio vt ait Hylari⁹ in corpore xp̄i que in manna pcessit. De quo dicit. Qui plus collegerat non habebat ampli⁹. nec qui minus parauerat habebat minus. Et dicit glosa sup epistolā Pauli. j. Corinthioꝝ. xj. Et beatus Hiero. vt habetur de conse. dist. ij. Singuli accipiūt christū dominū ꝛ singulis portionibus totū corpus nec per singulos minuitur. sed integrum se pbet singlis. Sed forte obuiaret hostis dicēs illas autoritates intelligi nō de vna specie sed de quātitate specierum. vt sc3 non causetur quis si hostia3 ad quantitatē vnius grani recipit. ꝛ sanguinem de calice ad vnā guttam sicut alius hostiā vnius panis ꝛ calicē haustus humani. et hec q̄dem stare possent ad conficientes ꝛ non solū. quia primo ꝛ precipue de hostia sub specie panis intelligitur. Nam dicit btūs Pascasius ꝙ nō est quantitas visibilis in hoc sacramēto estimanda. ꝙ scilic3 iste sub specie panis ꝛ iste sub specie vini recipit. Item dicit. non q̄ntum dente premit ꝛ non dicit et haustu potatur. Item beatus Hylarius illd confirmans dicit de manna ꝛ nullā mentionē facit de aqua fluente de petra vt solū manna significet hostiā sanctā populo dandā que sicut mānā incomparabilr habet omnē saporē suauitatis. Item dixit percipe nō quātū mica exhibet. ꝛ tamē non dicit ꝛ quātum haust⁹ sapit. Ad idem est glosa interlinialis sup Johannē. vj. super verbo Caro mea ꝛc. Qui vnum sumit totum sumit. quia ambo totum. sed vtrūq3 ponitur pro omni satietate. Item Thomas in glosa cōtinuata allegat Greg.

antiquissimū nazanzenum. totum autē corpus et sanguinem suscipit etiā si partem misterioꝝ accipiat. Sicut enim vnū sigillum diuersis suam figurā totaꝫ impartitur et integꝝ manet post distributionē. ⁊ sic vna vox penetrat ad multoꝝ auditus. sic nulli dubium. sic corpus ⁊ sanguinē domini totum in omnibꝰ reperiri Fractio autē panis venerandi passionē christi significat. Hec ille. Item Augustinus sup Iohannē. ⁊ habet in. iiii. Sñiaꝝ. dist. xi. Eucharistia vero intinctá. super hoc Glosa. scꝫ in sanguine nō debet dari populo pro supplemēto cōmunionis. vbi Glo. dicit. quasi diminute sub altera specie sumeretur. Nota diligent̄ glosam ꝙ dicit nō sumi diminute sub altera specie. Pro eodē est conciliū Bracarense. Audiuimꝰ quosdaꝫ scismatica ambitione detentos contra diuinos ordines ⁊ apostolicas institutiōnes lac pro vino in diuinis sacrificiis dedicare. Alios q̄dem intinctam eucharistiam populis pro complemēto communionis porrigere. qđ fieri hoc modo prohibemꝰ. Hec ibi. Ecce ꝙ ideo prohibetur intinctio. ne credat̄ diminute esse datum sub prima specie. Iteꝫ Bonauētura in suo breuiloquio capitulo de sacramento eucharistie dic̄. Quia vero corpꝰ christi beatum ⁊ gloriosum nō potest diuidi nec ī partes suas separari ab aīa nᶜ a diuītate. ideo sub vtraqꝫ est vnus christꝰ totus et indiuisus. scilicꝫ corpꝰ anima deus. ac ꝑ hoc vtrobiqꝫ est vnum ⁊ simplicissimuꝫ sacrammentū continens totum christuꝫ. Hec ille. Habuisti ex supiori ratione Augustini q̄re ñ dat̄ intincta eucharistia laicis habes aliud ꝙ intincta eucharistia quotidie sumit̄a sacerdotibꝰ. Ibi laicis prohibetur. Hic concedit̄ quia in sacerdotibus misteriū includit

in laicis error remouet. Uide igitur si huic inuincibili argumẽto non cedis. ne etiam in diuinã sapientiam imperfectionẽ inducas. Capitulum decimũ.

Ca. x.

His itaqz digestis re
b stat respondere ad inductões. scz factas p te doctorũ. Ad btũm Thomã qui inducit per te in. q. lxxix. arti. iij. euidẽs est responsio q ĩtelligit de pfectõe. scdo mõ dicta scz signi qd fit in sacrificõ. qd repñtat plenã refectiõz q̃ tamẽ refectio actu est in vtroqz piunctim z diuisim sacramẽto in re. licz nõ in signo Dicit eni idẽ sãctus. q̃ p nobis tibi rñdebit. q̃nq̃z illũ tu noluisti videre in tercia pte. q. lxxx. arti. xij. in responsione ad scdm. De pfectõe hui9 sacramẽti dico. q pfectio eius nõ est in vsu fideliũ. sz in psecratõne materie et idõ nihil derogat pfectõi h9 sacramẽti si pp̃ls sumat corpus sine sanguine dũmodo sacerdos consecrans sumat vtrũqz. Hec ille. Ecce quomõ illuz induxisti cũ ipse seipm planissime declarat. Et idem ad Bernardũ ad Petrũ loq̃ntẽ. qui totus tractat9 est de sacrificio altaris prima intentione si bene inspicitur. Dicit eniz in principio. Tibi sacerdos dei Petre z psimilib9 potissimum incũbit audire qd pponim9. et qd auctore do psequi temptabim9. Similr ad Augustinũ dicendũ. et infra plenissime dicet. nec tñ b Aug. fa e aliq̃m mẽtionẽ de spẽb9. Nos eni fide credim9 cũ Augustino. q nec caro sine sanguĩe nec sanguis siñ carne sumi potest vt esse. cum christ9 iam nõ plus moritur. O verba omni dulcedie plena etiam p te e celo inducta. si ergo necca

ro sine sanguine. nec sanguis sine carne possit esse nec sumi. Quid angarias populũ ad alteram speciē. Cur augustino derogas. cur illũ non corripis. sꝫ cum illuꝫ induxisti. ipe te tuo reti cepisti. Si vͦo tu intelligis augustinũ ꝺ specieb⁹ restat tibi ꝓbare spēs panis nunq̄ꝫ esse sine spēbus vini qꝺ nūq̄ꝫ ꝓbabis. q꞉ tu ita facis distincte hanc spēm ⁊ non simul sumēdo. Preterea ad pauca respiciens inducere conaris. ꝙ cōmunicantes de vna specie credere cogerent̄ octo esse sacramēta. Dicere enim vis quanuis inculte dixisti. si integꝝ sacramentũ sumūt. ergo cum sint duo integrar. eūt cū aliis sacramētis sex octo integra sacramenta. aut si nō integrum. ergo mediũ sumunt sacramentũ. Sꝫ nō ꝯsiderasti ꝙ cū ille spēs materialr̄ sint distincte ⁊ forma specificat ⁊ distinguit. ad pluralitatē specieꝝ materialiuꝫ non sequit̄ pluralitas ꝯtentoꝝ. sic eniꝫ due hostie eēnt duo sacramēta. aut baptism⁹ flumīs cum baptismate flāminis vel sanguīs tria. qꝺ falsum ē. cuꝫ ista vnũ duntaxat ꝯtineant ⁊ efficiāt. quare non sunt quo ad rē distinguēda. Vn̄ si eēnt duo formalr̄ integra veꝝ esset ꝙ essent duo sacramēta. sed materialr̄ nihil infert. Quin immo magis ꝭm tuā opinionē optꝫ ꝺ nc̄citate ponere h̄ duo sacramēta formalr̄ ⁊ specifice distincta. tū ꝑpter ꝑfes tuas grās. tū ꝑpt̄ effect⁹ ꝑfes distinctos vt asseris et ita octo erūt scd̄m te sacramēta. Tu vͦo vide si recte hāc magistralē distictiōꝫ ꝯsideres. Q; si tenes nc̄citatē h⁹ tue ꝯmunionis. vel ꝯpelleris ad ꝯsitendũ q꞉ pͥma ꝑfectio h⁹ sacramēti nō est ī altera specieꝝ. sꝫ hic ꝑs xp̄i scꝫ corp⁹ eius qꝺ vtiqꝫ ꝑ se ꝯsideratũ ꝑs est q̄ntitatiua hoīs. ⁊ ꝑs alia sub alia spē. ⁊ ita tu poti⁹ eris mediista. aut sufficit fideles hanc integritatē ⁊ ꝑfectionē ꝯsequi

cum vltima pfectione gratiaꝝ ⁊ donorum sub prima specie. ⁊ ita tuꝰ labor ⁊ tanta litteraꝝ congeries frustrabiť. ⁊ quicūqȝ te videbit ridebit ꝙ aut pro speciebꝰ contendis que nichil causant. aut integritatē ⁊ pfectiōem in sacramento nō credis. Deinde argumētaris hoc sacramentū esse vnū ⁊ indiuisibile. nomie. numero. cōsecratione. eleuatione. eēntia ⁊ pfectione. ergo vnū debȝ esse ministratōe. Negatur ꝯsequētia ista. quia ex antecedente multiplici nunq̄m potest conseq̄ns simplex inferri. Prima enī ppositio nō habȝ omēs ptes veras ⁊ simplices. nec eadē est ratio vnitatis in ꝯseq̄nte sic in antecedēte. cum in aūcedente vnitas illa referť ad sacrificiū ⁊ significantiā. In ꝯseq̄nte vero ad efficaciam et sufficientiā quaꝝ vna nō infert reliquā. Sicut in simili non sequiť de alijs sacramētis. vt ordinis sic dicēdo Accolitatus. subdyaconatꝰ. dyaconatus. p̄sbiteratus sunt vnū consecratōe. qꝛ in vna missa ꝯferunť. ⁊ nomine vnū qꝛ sunt ordo. ⁊ eēntia. quia pficiunt statū ecclie. ergo sunt vnū ministratōe passione seu susceptōne. cōseq̄uēs falsum. cū vnus in eadē angaria nō possit simľ et semel duos ordīes recipe. nisi velis de tuis sacerdotibus alias intelligere. qꝛ simľ omnes recipiūt ordīes indistincte extra angariā. extra diocesim. extra licentiā extra ꝯmunionē. ⁊ reliq̄ de quibꝰ non est ad p̄ns ſmo. Similr de sacris liquoribꝰ nō sequiť hec argumentatio. sacrum oleum. sacꝝ crisma. ⁊ infirmoꝝ vnctio sunt vnum nomie. quia sanctū oleum. vnū ꝯsecratōe. quia simľ in die cene ꝯsecranť. salutatiōe qꝛ salutanť omīa p pontificē. ⁊ duodecim p̄sbiteros dicētes ter Salue sanctum oleum. Salue sanctum crisma. ergo sunt vnum ministratiōe. qđ est falsuȝ. quia aliquos vngimꝰ oleo

quos non vngimus crismate sicut cathecuminos. et aliquos oleo infirmorum quos crismate non. et alios pontifex crismat in fronte. crismate sine oleo. et alios secundum aliorum opinionem oleo mixto crismati. vt quidam voluerunt tenere de presbiteris quamuis alii vngant oleo sancto. Ecce sicut hic non sequitur neque similiter tua sequela valet quia non est eadem ratio vnitatis in consequente sicut in antecedente. non enim sequitur. Hoc sacramentum est vnum et indiuisibile sacrificio. ergo indiuisibile est visu que tamen non intelligentia plurimos decepit. et in laborintum impegit. Preterea potest et aliter responderi. capiendo vnum pro esse indiuiduali vnius strictissime. sic falsum est tuum antecedens. Nam et si eucharistia vnum non sit. tamen aliquando pro sola specie panis ponitur. imo frequentius vt dicitur in Canone de conse. dist. ij. Presbiter semper habeat eucharistiam paratam. Dicit glosa. Non precipit sanguinem seruare. Ecce vbi est eucharistia solum species prima Unde et magister in. iiij. dist. ij. in principio dicit. enumerando que sunt sacramenta noue legis. Baptismus Confirmatio. Panis benedictionis. id est. eucharistia ecce solam speciem panis nominat eucharistiam. Est etiam aliud nomen panis aliud vini. Item inuenitur hostia sub prima specie et libamen pro secunda. et in pluribus locis vt in concilio Toletano. Item innocentius tractatu de missa dicit quod in sola specie panis eucharistia debet reseruari pro infirmis. et ita diuiduntur ille species nomine. Quod numero diuidantur patet expresse. quia hec non est hec consecratione. et eleuatione similiter quia in alia parte temporis. quamuis breui tamen distincta eleuantur et consecrantur. Unde Lyra super illo verbo Psalmiste Tollite hostias et introite in atria eius. Dicit tollite. id est lau

dibus diuinis extollite corpus et sanguinē christi sub
specieb⁹ panis ⁊ vini que dicunt hostie in plurali. q̄z
licet sit vnum sacramentū perfectū. tamē ibi sunt due
consecratōnes distincte. quaꝝ vna aliam nō expectat.
Idem super. j. Corinth. xj. Nec est intelligendum q̄ ille
due consecratōes. sc3 panis ⁊ vini mutuo se expectent
vt dixerūt aliqui. Quia post consecratiōem panis im
mediate ante consecratiōe3 vini sacerdos ostendit po
pulo hostiam adorandā qd non fieret nisi ibi veꝝ cor
pus christi esset. Veruntamē non est ibi verū corpus
christi sine sanguine. Hec lyra. Essentia etiam ⁊ perfe
ctio huius spēi puta accidentis panis nō est accidens
vini. Si vero indiuisibile hoc sacramētu3 dicis ꝑ con
tento. tūc quantū ad ꝯtentum puta Xp̄m sicut in qua
libet spē est integer ⁊ indiuisibil'. nomine. numero. con
secratione. eleuatione. essentia ⁊ ꝑfectione. Ita ⁊ com
munione. quia integer et indiuisibil' sumitur a fideli
bus sub vna specie. iuxta dictum beati Andree in san
ctorali per te allegatū. q̄ integer agnus ꝑseuerat. Et
beati Thome. A sumente nō concisus. non ꝯfractus.
non diuisus integer accipit'. Albertus autē per te alle
gatus. nihil facit ad probationē huius vnitatis mini
stratōnis. q̄z loquitur de illa significantia que sit in sa
crificio a qua arguere ad vnitatē specierum in mistra
tione ⁊ efficacia est fallacia figure dictionis. Q̄ autē
inducis dn̄m 2wilhelmū in suo rationali frustra car
tam pingis. cum ille expresse de sacrificantib⁹ loquat'.
et q̄ dicit non plenū sacramentū. id est. nō signū. Sub
dit enī idem in tua allegatōe. Deb3 hoc sacramētum
compleri prius q̄3 presbiter vtatur eo. ecce q̄ dicit pre
sbiter. ergo loquitur in sacrificio. cum hec vt repeti

tum est in oblatióne necessario requirunt. sed de laica sumptione nichil ad ppositū. Sed quia illum sinistre allegas. audi illum in forma in eodem rationali determinantē dextre pro cōmunione laica. siue non sacrificantib9 sub sola specie panis debere seruari. ⁊ non sub specie vini eucharistiā. Item ꝺ feria sexta pasceues etiam sub sola spē panis sacerdotes q̄ non sacrificát ipo die. id ē. n̄ ꝯficiūt debere ꝯmunicari. ⁊ ipo die nō sacrificare. Et ne calumnieris hec q̄si corrupta ꝯsuetudine introducta. Audi glosam ordinariā Treñ. Q, mos ille inoleuit in eccl'ia ab apostol' tradu9. vt q̄ die passus est xp̄us eo die hostia nō offerat. Hec wilhelmus Q, tu tamē tuis sacerdotib9 pmittis fieri et male. inductus wilhelm9 de monte landinio in suo sacramentali qui dicit recipiens corpus totam veritatem recipit. id est totum christū. bn̄dictus deus qui recipitur totus sub prima spē. sed sup totuȝ nō potest plus addi adhuc ⁊ totā veritatē. gratia autē ⁊ veritas p Jhesum christum. ergo fideles hn̄t totā v̓itatē ⁊ grām in prima spē. Q, aūt dic̄ nō recipiūt totū sacramentū. i. spēs visibiles q̄ vt supius d̄r cū nihil causent sȝ significēt. quā significatōem in re ꝯsequunt. nō ꝯtristent fideles de signo cū habeāt signatū. Q, v̓o narrat fuisse alicubi cōmunionē cū toto sacramēto. i. pāis ⁊ vini spēb9. quid miri. ymo ego dico ꝙ vos sic communicatis. Quid āt narratio addit doctrine vel v̓itati. Nō enī dic̄ ille doctor ꝙ ita est faciendū. sȝ in aliq̄b9 locis sic ꝯmūicabāt Verū ē etiā in aliq̄b9 locis post cenā ꝯficiebant. Sȝ ecclesia mat̄ nostra illū ⁊ aliū modū sustulit. ⁊ vsū ecclie pro lege tenendū sanciuit. Sȝ vt veritateȝ illi9 doctoris ⁊ mentē habeas. Audi Astenseȝ i sūma sua eūdeȝ

zvilbelmū allegantem: 8 vsu eucharistie capitulo.iiij. vbi sic dicit. Unde scdm zvilbelmum de monte landi: nio z scdm Johannē andree. cōmunio sacerdotalis fit sub duplici specie. Alio modo fit in laica simplici com munione. et illa scdm dispositionē z obseruatōnem ec clesie fit sub vna spē tantum. vt dicit Albertus magnꝰ in tractatu suo de corpe christi sub hijs verbis. Unica pars sacramentalis est hostia corpis christi ad quam populus admittitur. vt buccella christi corporis satie: tur. Hec ille. Uide mi compilator an tibi potiꝰ allegan ti corrupte Guilbelmū an hijs quatuor fidedignis ec clesie doctoribus sit standū. Quotienscūqz igitur alle gabis Albertum et zvilbelmū exiliet in te Asteñ. et di: cet contra mentē doctorum loqueris. ego illos induxi de vna specie z ritu ecclesie. nō fac illis iniuriam extor quendo sensum quē nunqm intenderunt.

Ca. xj.

Ostquaz igitur nichil

p probasti contra plenitudinē sacramēti sub prima specie. conuertis aciem vt nihil pbes contra integritatē vnius speciei. Inuehis autē bachi: cio ore contra christianos qui damnāt illam heresim asserentē medium esse sacramētum sub vna specie. In ducis itaqz autoritatē Bernardi ad Petrum z beati Thome que sunt manifeste. qꝛ tria sunt in sacramento species visibiles siue forma que vocat magister sacra mentū tantum. et veritas corporis scdm Magistruz sacramētum z res z gr̄a spūalis siue corpus christi mi sticum quod dicit̄ res tantū. Et ex hac niteris ponere

quādam extortam ⁊ inutilē tuo proposito diuisionē ꝙ aliud est loqui de corpe christi in sacramēto. ⁊ aliud de sacramēto. ita ꝙ christus in sacramento nō diuiditur. Sed sacramētum dicis diuidi ⁊ diuidētes incurrere sacrilegiū. Allegasq̄ȝ pro te Canonem Comperimus. vt igitur versucias tuas fidelis Bohemus intelligat cū dicis ꝙ sacramentū visibile diuidit̄ dū secūda species non sumit̄ aut obmittitur. Aut igit̄ intelligis de prima specie contra secundā. aut de q̄libet in se considerata. Si de q̄libet cū tu ⁊ sacerdotes oēs diuidāt hostiam tripbariam. sequeret̄ ꝙ omēs essent sacrilegi. Si vero de p̄ma respectu secunde. Tunc dicimꝰ. ꝙ aut hoc consideras sacramētum vt sacrificiuȝ. ⁊ ita erit sacrilegium. aut sacramentū extra sacrificiū. ⁊ nulluȝ est vnius absq̄ȝ alio receptio sacrilegiū. Preterea sacrilegium fit tripliciter. aut rei sacre de sacro. aut rei non sacre de sacro. aut rei sacre de non sacro. Nullo modo istoꝝ in cōmunione laica sacrilegiū ꝯmittitur. ergo a sufficienti diuisione ꝯmunio vniꝰ speciei non est sacrilega. Non enim cōmunicās sub vna spē aufert rem sacram de sacro. q̄d maxime videret̄. quia neq̄ȝ sanguinem a corpe separat cum ip̄m ibi in venis corpis christi inclusum credat ⁊ bibat nec animā nec deitatem diuidat. quia integꝝ christū credit ⁊ sumit. Alie due species sacrilegij hic cadere nō possunt. cum large loquēdo nichil est non sacrum cū anteq̄ȝ ꝯuertantur panis et vinum in corpus ⁊ sanguinē christi fit benedictō super illa. Sed dices ꝙ aufert speciem vini. et ita solum ꝯrenderes pro speciebus. vt infra latissime dicetur. sed cum hee spēs non sint necessarie nisi in sacramento altaris vt iam pluries repetitū est. Non est dicenduȝ ali

sacrilegiu[m] fit triphar[ia]

quod sacrilegiũ circa vnius speciei sacram ꝯmuniõez esse ꝯmissuz. Ad autoritatẽ Gelasij cũ vna tecũ in hijs verbis fuissem⁹ sufficienter rñdimus ꞇ mirari nõ suffi cim⁹ ꝙ tibi freq̃nter solutuz est. ꞇ tñ absqꝫ fronte ꞇ ve recundia illud qđ solutũ est inducis. Scis enĩ ꝙ illud loquit̃ đ ꝯficientib⁹. ita rubrica. ita expositores. ita ma gister Gratianus inducit. ita titulus quib⁹ scribit̃ ostẽ dit. ita intelligit et exponit sanctus Thomas in tercia parte. q. lxxx. art. xij. in responsiõe ad argumenta dicẽs ad autoritatem Gelasij que habetur de consecra. dist. ij. Comperimus. Dicimus ꝙ illud intelligitur quan tum ad sacerdotes. qui sicut totũ ꝯsecrant sacramẽtũ ita etiam toti cõmunicari debẽt. vt enĩ legitur in Con cilio Toletano. Quale erit sacrificiũ vbi nec sacrificãs ip̃e esse dinoscit̃. Hec ille. Item Scotus super. iiij. dist. viij. q. iij. soluendo capitulũ Compimus dicit. aut in tegra sacramẽta recipiat aut ꝛc. loquitur de sacerdoti bus ꝯficientibus. ꞇ infra idem dicit. Sacerdos qui te netur sanguinẽ ꝯsecrare. tenet̃ consecratũ bibere. vt in c. Relatum. quia hij qui sacrificantes nõ edũt rei sunt domĩci sacramẽti. Et sequit̃. Qui talis est a ꝯmuniõe vno anno repulsuz se nouerit. ergo omnib⁹ modis te nendum ẽ vt quotiens sacerdos corpus ꞇ sanguinez immolat. totiens corpis ꞇ sanguinis perceptõis parti cipem se prebeat. Iste ergo tenet̃ necessario ex instituti one christi. ꞇ propter integritatẽ sacramenti conficere sanguinez. ꞇ ex strictissimo p̄cepto ecclesie sub pena re pulse vno anno tenetur consecratũ perficere. id est. su mere. Unde qđ presbiteris conficientib⁹ est sacrilegiũ obmittere ꝑpter dñi institutiõem et eccl̃ie mãdatum nõ extendit̃ ad laicos. sicut in simili. presbiter nõ dicẽs

horas canōicas mortaliter peccat. et tamē laicus eas non dicens nō peccat. Ratio. iste obligatur. ille nō. ita est in proposito. Et cum vt soles ad sensum tuū trahe res autoritates. vnū tibi principale defecit. vt nō quis ita exponat doctor. s; qd caput tuū exponit autētisas. Omnes doctores illud capitulū Comperimus expo nunt de conficientib⁹. tu vnum ostendere non potes. et tamē ita semp de laica ꝯmunione exponis. Simili peccato laboras textū beati Gregorij de Arrianis vo lens inducere vbi nunq; mēs fuit beati Gregorij. S; vt intelligant fideles hunc textū. Superueniente. vij. q. j. et. c. Cepit. xxiiij. q. j. Sciant ꝙ btūs Gregorius in. iij. li bro dyalogorū per modum libri illius in processu in ducit quedam miracl'a que facta sunt tēpe Longobar dorum. et probat ꝙ non solū martir est ille qui expresse a gentib⁹ patitur. sed etiam qui a malis christianis. sic quidam rustici a longobardis cu; nolebāt comedere carnes ydolaticas. sed etiam ab Arrianis sicut ille iu uenis rex Hermigildus qui antequa; ꝯmunicass; de manu heretici Arriani episcopi poti⁹ morte occubuit Et ad illum sensum inducit Gratianus scdm textum. Unde ante in. c. Si quis. probat per textū beati Cypri ani in epl'a contra hereticos. ꝙ non debemus vti sacra mentis hereticoꝝ. Primo autoritate Apostoli qui ci bu; corpalē ꝓhibet cū eis sumi. Scdo autoritate dñi q̄ ꝓhibuit hoīem dei pphām cū eis cibū sumere. Ter cio q; heretici more symec ymaginē tātū hñt sacramē toꝝ. Quarto q; si mali q̄ sunt in eccl'ia ꝯparant ethni cis et publicanis vt cu; eis nō sumam⁹ cibum. multo fortius ipsi heretici prescisi. Quinto nō tantū ipsi pu niunt. sed etia; ipis fauētes ⁊ coꝝ sacramētis vtentes

Sexto autoritate Osee dicentis eorum sacrificia tan
q̃m panis luctus. omēs qui manducāt ꝯtaminabun
tur. Ultimo probat autoritate augustini. Q, extra ec
clesiam catholicā non est locus veri sacrificij. ⁊ deinð
subdit istam allegatā autoritatē ꝙ de manu heretici
ꝓpter illas allegatas rationes nō est sumendū sacra
mentum. Unde arrianoꝝ hereticorū sacramēta sunt
[illegible] ⁊ moriendū sine [illegible] cōione sacrilegia. id est. sacrum ledentia. vel de sacro. id est. ec
[illegible] heretico recipiendū sacramentū clesia sancta furata. ymo potius est moriendū sine cō-
munione. q̃ʒ ab heretico recipiendū sacramentū vt est
ille textus singularis in allegato capl'o. Cepit. xxiiij. q. j.
Q, autem ex hac autoritate infers ꝙ isti arriani ideo
sacrilegi fuerunt. quia sub vna spē confecerunt. Si ita
fecerunt ⁊ tecum concedo. iuxta illud. c. Comperimus
et. c. Relatum. Sed ꝙ sub vna spē dederunt illō nego.
Nam est historia Tripartita in oppositū libro quinto
capl'o. xxxi. vbi q̄dam macedonius arrian⁹ turbabat
orthodoxos. Ubi seq̄tur. Plurimi vō insignes viri de
tenti nolentesq̃ʒ ei cōmūicare puniti sunt qui post tor
menta violēter communionē ore suo suscipere et tene
re ꝯpellebantur. ligno nanq̃ʒ ora hominū aperientes
eis sacramenta deponebant. Porro mulieres et par
uulos abripientes ꝯmunicare cogebant. Si quis ve
ro contradiceret mox plage vincula ⁊ tormēta seq̄ban
tur. ita vt etiam feminarū ꝯmunicare nolentiū mam-
millas in archa ꝯprimentes abscinderent. aliaꝝ vero
aut ferro aut ouis ardentibus eadem mēbra combu
rerent. Hec ibi. Nota ex hac historia quomō ipi arria
ni ꝯmunicabāt in verbo sacramēti. Item adde si fuit ⁊
est adhuc sil'itudo huiusmodi compulsionis. Et tercō
nota ꝙ etiā ꝑuulos ꝯmunicabāt. et hijs visis intelliges

cui est vicinior illa heresis arrianorum. Quod autem idem bea tus Gregorius narrat fuisse comunionem speciei unius etiam ne dum salutarem anime sed etiam corpi. Audi eum et lege de beato Agapito. ubi dicit quod beatus Agapitus quendam mutum et claudum sanauit. cum infert. Cumque ei dominicum corpus in os mitteret illa diu muta lingua ad loquendum soluta est. Taceo de heresi Nestorij et Pelagij. qui Nestorius existimans quod sub specie panis esset tantum corpus christi sine sanguine. et sub specie vini san guis sine corpore. comunicabat populum sub utraque specie. quia cum sanguis extractus fuisset de christi corpore in die passionis et in memoriam illius mortis sacramentum sit institutum. tenuit quod in consecratione semper ita sit sanguis sine corpore et econuerso. alias memoria ut dicebat male et insufficienter responderet memorabili. Pelagius ve ro et ipsum sequentes innitentes falso sensui in dictis saluatoris. Johannis. vj. Nisi manducaueritis dicebant esse necessitatis. etiam laicis sic sub utraque specie dari. et etiam post baptisma paruulis. Et si speciem sacramenta lem panis non possent sumere dicebant. quod debebat con teri cum sanguine et infundi in ora puerorum. et si quippiam eiecissent dicebant illud comburendum innitentes illi scripture Exodi. xij. Si quid residuum fuerit igni combure tis. Multi etiam ita extense illum textum acceperunt. ut ultra Pelagianos non solum sub utraque specie ministra rent viuis. sed etiam defunctis. ut refert venerabilis Be da super Math. xxv. Ad dissoluendam autem autoritatem cum suo intellectu beati Leonis pape. est breuiter decla randum de secta Manicheorum circa sacrificium altaris. ex qua planius intellectus veniet autoritatis inducte. quam false et sinistre proprie contra mentem doctorum est per hostem

ecclesie allegata Manichei viri reprobi iuxta beatuz Augustinū in libro de heresibus conficiebant in pane ex hūano semine ⁊ farina confecto vinumqꝫ reprobabant. Unde cū sacerdotes eorum missas celebrabant. ritum conformē ecclesie obseruabant in cortice. sed in medulla heresis latebat. ⁊ ita in suo pane abuso. nulla memoria digno conficere videbant. sed in calice de vino non apponebant. quia vinū abhorrebant. ⁊ christū filium dei nondū a mortuis resurrexisse ⁊ ita nō habere sanguinē in corpore. nec etiam veruz corpus hominis pro nobis assumpsisse. ⁊ ita sine sanguine esse tenebant. Unde nec sub specie vini offerre volebant. Unđ eos in Bbts Leo reprobās in illo sermone contra eos dicit ita. ꝙ in sacra communione ita se temperant vel temptāt vt interdum quo tutius lateant corpus christi ore indigno recipiunt. sanguinē autē nostre redemptionis omino haurire declinant. quia nolebant conficere propter heresim. Et hoc quātum ad sacerdotes Manicheorum. Si vo autoritas intelligatur ad laycos vel ad sacerdotes nō sacrificantes. vt tu ꝯtra mentem doctoris trahis. tunc aptissime constat ꝙ fuit tūc laica communio sub vna specie in ecclesia dei. Nam dicit qui vt tutius lateant ore indigno corpus christi sumunt. sanguinē autem nostre redemptōnis omino haurire declināt. sicut ⁊ fideles faciūt. intellige in signo ⁊ specie. non in re ⁊ veritate. Si enī tunc cōmunio sub vtraqꝫ specie vt asserit iste practicata fuissꝫ. quomodo corpus christi sumentes ⁊ sanguinem christi recipere declinātes latere potuissent. Sicut modo catholicus quomodo latere posset intra tuam eccl'iam catholico more cōmunicare desiderās si te porrigente calicem

bibere declinaret. Picardus aūt ꝛwicklefista et omīs panista optime apud te lateret. quia quilibet illorum communicādum dicit de calice ⁊ suā sectam sub com munione obumbrat. quia de facto cōmunicat. Sed quia tunc ecclesia Romana sicut nunc ⁊ semꝑ sꝫ vna specie populo tradebat corpus ⁊ sauguinē dn̄i Ma nichei perfidie sue colorē seruare poterant. et tuti⁹ ita cōmunicātes in populo dei latere. Principali⁹ tamē ille textus loquit̄ de manicheis p̄sbiteris qui in confe ctione a sacro calice abstinebāt. ⁊ ita dupl'r peccabant. quia heretici erant ⁊ sacrilegium cōmittebant. Tu ve ro illū textū ad fideles christicolas applicas in tuo cor relario. q̄ ꝯmunicantes sub vna spē iste sāctus repre henderet. ⁊ sacrilegos fraudulentos appellaret. ⁊ de ec clesia auctoritate sacerdotali sunt expellendi. ⁊ tanq̄m excōmunicati deuitādi. O immane scel⁹ in eccl'iaꝫ dei O seuicia in mēbra ecc̄ie sācte. Quid adhuc egem⁹ te stibus. Vos ipsi auditis blasphemiā in totā dei eccl'iaꝫ ꝯmuniōeꝫ sāctissimā vni⁹ spēi sacrilegā fraudem ana thematē ⁊ excōicatiōe dignā appellat. Quid vobꝫ vid'r Sūt ne ista federa pacis. Est ne istud concordes esse cuꝫ sctā ecc̄ia. Nunq̄d tenet istud q̄s sanctoꝝ doctoꝝ. Quid op⁹ est v̓bis ꝯtendere qui fideles in faciē cedit. plange fili matris tue. q̄ꝛ ꝯmūionē sctōꝝ extra ꝯmuni onē anathematizat fideliū. Luge fidel' aīma q̄ꝛ sponsū tuū sacrilegū appellat. ⁊ mēsam plenam deliciarum a christo tibi positā omni maledicto amarissimo ⁊ felle replere vult sacrilegij iste ecclesie inimicus. Plenum omni delectamēto manna celeste. spurco fetidissimo qꝫ Manicheorum cōparat sacrificio. Nunquā nos venerandi calicis sanguinem quo redempti sumus

in eo obprobrio constituimus quanq̃m laico populo
ex eo non esse ministrãdum constanter affirmamus
quoniã ipse vnam spẽm luto secte sue maculare con-
tendit. Iste ne dum quidem toti pepercit ecclesie. chri-
sti fidelibus sub vna specie per totam ecclesiam cõmu-
nicãtibus derogauit. dignos dei sacerdotes Mani-
cheorum ⁊ Arrianoꝝ vilissime secte annotauit. Uerũ
illud tremendissimũ ⁊ omni veneratõe dignissimum
domĩci corporis sacramentũ. sacrilege consecratõnis
cõmunioni dum auctoritatẽ beati Gregorij allegasset
comparauit. Q, si fugam consueto more fingit. dicẽs
se non damnare communionẽ vnius speciei. Cur igi-
tur illas autoritates ad propositũ et quomodo indux-
it vt quid cartam occupauit. si communionez vnius
speciei non damnauit. Neqꝫ plane dicere potest ꝙ eos
dumtaxat reprehensos hic intelligit. qui quondam
sub vtraqꝫ specie communicati sunt ⁊ nunc ad gremi-
um ecclesie ⁊ obedientiã ꝯfugerunt. Naꝫ nõ est ratio
diuersitatis cum sic damnabilior fuissꝫ Paulus q̃m
Barnabas. et Petrus q̃ꝫ Johannes. Augustinus q̃ꝫ
Ambrosius. cum primꝰ persecutus est ecclesiam dei.
Alter christuꝫ negauit. Tercius cecitate Manicheo-
rum laborauit. sed quia ad christuꝫ redierunt duplici
sunt honore digniores. Paulus enĩ in apostolatum
est vocatus. Petrus pastor ouium constitutus. Au-
gustinus pontificali infula decoratus fidelissimus in-
terpres diuinorum eloquiorum cui par non surrexit.
et ecclesie christi dilatator religiosissimꝰ inter doctores
lucerna in mõte domini est vt specula collocatus. Ec-
ce non maledicta tua. sed eterna consequũtur premia.
qui ꝯuolant in fidei sinceritate ad sanctam ecc̃iam dei

Q; autem Lyram allegas ⁊ Scotū ita soluuntur vt
alij.cum ⁊ Scoti diffinitō et Lyre sententia intelligun
tur in sacrificio altaris. Sʒ in contrariuʒ ⁊ ex intentio
ne.audi Lyram quē extra lyram allegas si ita senserit
vt tu eum adducis super Iohēʒ.vj. Nō est inquit in
telligendū ꝙ hoc sacramētum sub vtraqʒ specie sit fide
libus exhibendū.sed tantūmodo a sacerdote sumen-
dum. Hec lyra. Recipe etiam Scotum in.iiij.distinc.
viij.articlō.iij.de ꝯmuniōe laica per expssum contra te
arguētem de die Parasceues. Videtur inquit ꝙ non
sit de perfectione sacramēti. quia sacerdos ipō die nō
recipit sanguinē. Respondet ꝙ illa integritas requiri
tur in consecratōe.ita ꝙ nullus consecrat corpus nisi
consecret sanguinē.non autem requirit in quacūqʒ ꝑ
ceptione.quia laicus bene percipit corp⁹ nō sanguieʒ.
sed requiritur in illa perceptōe que ꝯsequitur cōsecra
tionem que habet in.c. Relatum. Ecce formalius do
ctores adductos q̄ʒ tu adducis. Deinde inuoluis te
in quandā difficultatē volens soluere illud.ꝙ aliquan
do eucharistia dicit sacramētū.aliq̄ndo sacramēta.
et soluis bene per beatū Thomam ⁊ Albertuʒ. ꝙ plu
raliter dicuntur sacramēta materialiter ꝓpter species
sed vnuʒ est formalr. Sed postea ab hac solutōne tur
piter recedis ⁊ indocte inducēs illud argumentū sicut
ex homīe interiori ⁊ exteriori perficitur integer ⁊ vn⁹
homo.ita ex duabus speciebus est vnū et perfectuʒ sa
cramentū. Naʒ subsumo sic.sed homo interior est for
male.et homo exterior materiale.ergo similit̄ vna spe
cies erit formale et alia materiale. Que ergo spēs erit
ꝑfectō alterius.⁊ si sic expresse tibi contradices in indu
ctione suꝑioꝝ duorū doctoꝝ qui dicunt ꝙ ambe spēs

sunt duo materialia. ita q unum materiale panis scz
cum re contenta formali est unū sacramētuz. Simil
aliud materiale spēs vini cum re contenta ē unum sa
cramentū ɀ ambo simul unuz sacmentū. Ita dicit glo
sator in .c. Comperim⁹ Gelasij. Et ex hoc sic insulso ar
gumento ɀ claudo vis hanc inauditā conseqntiā for
mare. Ex homīe interiore ɀ exteriore pficitur integer
homo. ergo ex duab⁹ speciebus pficit integr sacramē
tū formāl argumētū a simili. Sz nescio quali. q in me
liori simili dicerem⁹. Ex hoīe interiori et exteriori pficit
una visibil psona. ergo ex corpe ɀ sanguīe in sacramen
to ad ɔmunionē sufficiet una visibil spēs. Sz quid d
istis extortis fantbasijs ab imptinenti ɀ nihil ad ppo
